



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 49. Classis Pontificia ab Imperatore Græcorum conscensa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.  
A. C. 1437.

## §. XLIX.

*Classis Pontificia ab Imperatore Græcorum conscensa.*

Sub idem tempus Sigismundus Imperator misso nuntio Joannem Palæologum Græcorum Imperatorem a cepto in Occidentem proficiscendi proposito abiterere conatus est. Verum ille consilio suo inhærens itineris comites selegit, & die vigesima quarta Novembris unacum Patriarcha triremes Pontificis conscendit.

Synodus, cum Eugenii voluntatem qua Venetiis classem ad oppugnandas Basileensium triremes instruere meditabatur, comperiisset, atque aliunde ex eo quod Eugenius in alia urbe durante adhuc Basileensi Concilio alium cætum sub nomine Concilii congregare moliretur probe intellexisset, quod tota Pontificis agentia

*alia fieri debebant, ita Imperator & Patriarcha absoluti sunt ab omni promissione facta. Veram autem repulsæ causam refert Patricius in Actis Concilii num. 64. dicens: horum aduentum eo ineptiorem Græcis esse visum, quo, si aperte Basileæ protestati fuissent, se Avenionem nullo pacto ituros; item Pontificis Legatos omnia eorum objecta (etiam de furtiva signatione) dissolvisse.*

agendi ratio eo collimaret (\*), ut in Chri- Sæcul. XV.  
 sti Ecclesiam schisma induceret: hinc Sy- A. C. 1437.  
 nodus Basileensis tam gravi malo obviare,  
 ac opportunum remedium adhibere sta-  
 tuit.

§. L.

*Sessio vigesima sexta Basileensis  
 Synodi.*

Jam antea nonnulli adversus Eugenium  
 in Synodo declamabant, eidem crimi-  
 ni dantes, quod non solum decreta exe-  
 qui neglexisset, sed insuper reservationum  
 jura in usum deducere pergeret, electio-  
 num libertatem impediret, & Annatas  
 solvi juberet: imo non deerant, qui eum  
 manifestæ simoniæ reum proclamare au-  
 si fuere, cum violatis S. Constantiensis  
 Concilii decretis Episcopos, licet invitos,  
 transferret, pluresque alios abusus com-  
 mitteret, quos inter recensabant, quod  
 Præ-

(\*) Adeo palpabilis isthæc calumnia est, ut  
 ad illam refellendam, quæ Basileenses Anti-  
 papam creantes &c. attentaverint, legere suffi-  
 ciat. Ipse quoque Gregorius Trapezuntinus in  
 sua epistola ideo in eos acrius invehitur, eo-  
 quod iniquis suis decretis, ac in Eugenium ma-  
 chinationibus non aliud quærere dignosceren-  
 tur, quam ut Ecclesiam schismate perderent.  
 Vide Edit. Pontan. post Hist. Phranz.

*Hist. Eccles. Tom. XXVII. T*